



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. Præmittuntur aliqua de distinctione Graduum Societatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)



## P A R S III.


DE PROFESSIS,  
Et Coadjutoribus formatis.

### C A P U T I.

De Virtute, & aliis ad Professionem  
requisitis.

### S E C T I O I.

Premittuntur aliqua de distinctione  
Graduum Societatis.

- I.  Ui in Societate, quantum factis est, probati fuerint, admitti debent modo magis interno, ut membra unius, ac ejusdem corporis Societatis. *Quatuor Societatum gradus.* Societas *a P. 5. c. 1. §.* enim I. ut ejus nomen latissimè accipitur, I. omnes qui sub obedientia Præpositi Generalis vivunt, complectitur; quo in numero etiam



etiam Novitii censentur. 2. Preffiori significatione Scholasticos approbatos, præter Professos, & Coadjutores formatos continet. 3. Magis etiam propria acceptione, Professos, & Coadjutores formatos dumtaxat significat. 4. Maximè omnium limitata, sed & germana significatione, cum Societatem dicimus, Professos quatuor Votorum tantummodò intelligimus; quod hi nempe præcipua membra sint in Societate, non quod alia etiam non numerentur. *b* Præterea nonnulli ad solemnem Professionem trium Votorum tantum admittuntur. *c*

2. Cum igitur actum jam sit de Novitiis, & Scholasticis; nunc de his admittendis in corpus Societatis dicendum est: sive Gradus Professorum, sive Coadjutorum formatorum suscipiatur. Et quoniam in Constitutionibus Professi nomen, absolute prolatum, significat Professos quatuor Votorum: de his primò agendum est. De doctrina quidem ad hunc Gradum requisita tractatum est supra Part. 2. Cap. 5. Sect. 10. Quare hic desideratur tantùm exacta tractatio de virtute, & aliis prærequisitis; & quo pacto informationes ad Generalem mitti debeant: quorum pleraque servanda etiam, ubi de admittendis ad reliquos gradus Professionis trium Votorum, sive Coadjutorum spiritualium agitur.

*b* Ex. c. 1. §. 7.  
8. 9. 10. P. 5.  
c. 1. A.

*c* Jul. III. p.  
68. & Ex. c. 1.  
D. & P. 5. c. 2.  
§. 3. & C. & c.  
3. §. 5. 6.

Proponuntur  
tractanda.